

QUESTIO XXIII.

Quid per templum apertum, & manifestatum in Caelo denotatur?

Primo Alcazar in suis principiis perflans... 257. Alcazar. 258. Aureol. Impugnatur utraque sententia.

Secundo Aureolus existimat hinc praedice festum Purificationis B. Virg. quo Christus quasi arca testamenti praesentatus est in templo;

Tertio Andreas Casariens. Rupertus, Joachim Anselm. Hugo. Albert. Richard. Cornel. Dico ergo eadem allegoria, quae hoc cap. 1. inceptit: eadem illud terminat, & concludit

Allegoria fuit de templo, quod tunc debebat perfici, & hac de causa fuit datus Joanni calamus tanquam viga ut metiretur illud, & videret quod eius consummationi ac aedificationi decisset vidit Joannes, & missi sunt duo magni artifices, scilicet Enoch, perfecterunt fabricam conversione totius gentis Judaeorum & sic absolutum est templum, ita ut nihil amplius sit faciendum; nihilque deficit ejus adificationi. Absoluta fabrica alicujus aedificii nil aliud restat, nisi ut adificium aperiat. Hoc autem post absolutam fabricam est postremum. Ideo nunc aperitur, ut dicat Joannes. Aperitum est Templum in Caelo.

In exordio hujus capituli mandatum est Joanni, dato calamo ut metiretur templum Dei, hoc est electos Dei, ut ex communi sententia dixi supra quaest. 1. num. 1. Ut metiantur electos secundum suum numerum & veritate debitam mercedem recipiant. Stella ab stella differit in claritate, sic & resurrectio mortuorum

260. Eadem allegoria in exordio cap. a fine. 261.

rum. Deinde dicitur est Joanni num. 2. Arcturum autem quod est foris, quoniam dicitur est gentibus ne metiaris illud. Hoc autem arctum sunt reprobi, qui foris sunt, & non pertinent ad hoc templum. Templum ergo hoc spirituale, sicut omnes electi, perfecta, & consummata fabrica hujus templi spiritualis, juxta praepositam allegoriam restabat, quod sequitur apertum fuisse templum quod dicit Joannes non tantum, ut ostendat beatitudinem Sanctorum de hac agit, cap. 20 & 21. sed ut demonstrat eorum numerum completum, & quasi coronidem Absolute judicio universalis quid sit futurum annunciat, sub eadem allegoria, qua caput inceperat, in cuius exordio iudicium universale etiam subintellegitur; factio iudicio universalis fabrica templi est consummata, restat ut aperiat templum, & videatur numerus electorum completus, & quod nullus illo numero desit, nec quispam potest aliquam ex eis rapere de manu Christi.

Iusti & sancti frequenter in Sacra Scriptura dicuntur templum Dei. Paulus 1. Corinth. 3. num. 17. Templum Dei Sanctorum, quod estis vos. 2. Corinth. 6. num. 16. Vos estis Templum Dei vivo. Nam sic per Maiestatem, apparatus ac cultum templi penditur, ut ait Chrysostom. homil. v. ad Hebraeos. Majestas magnificentia ac Celsitudo Dei; sic per magnificam gratiam Magnifica Sacramenta, magnifica, ac honorifica virtutum opera iustorum ostenduntur, & declaratur Dei celsitudo ac magnificentia.

Decantat Regius. Yates. Psalm. 63. n. 8. Accedet homo ad ar altum, & exaltabitur Deus. Ecce tibi quoad nos magna exaltatio Deo decantatur; quando talis exaltatio ei attribuitur? Jam, ait. Accedet homo ad cor altum. Ex quod homo virtutum opera cor suum exaltat a terra, illudque facit peringere altissima Caeli, quoad nos in maiori exaltatione videtur Deus apparere, ac quodammodo exaltat: quod enim cor humanum ad alta erigitur, eo Deus apud illum videtur grandescere. Cassiodorus ibi. Cum dicit, ait, accedet homo ad cor altum, illos significat, qui res divinas pia intentione perquirunt: cor enim altum uno est, quanto caelestia cogitat, terrena desinat. Ille non desinat, sed magis, magisque crescit, usque ad hoc pervenit, ut ab eo summus, atque omnipotens Deus esse credatur, non quod Deus altior fiat, sed quia in corde Sancti hominis divinitas conformati grande scatur.

Ait Isaias cap. 6 n. 1. Vidi Dominum in templo super solium excelsum & elevatum: Seraphim stabant super illud sex ale uni & sex ale alteri; & duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes, & duabus volabant. At Daniel 7. num. 9. ait. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Uterque Propheta thronum vidit, & Deum sedentem proponit Isaias tamen thronum excelsum fuisse, & maxime elevatum offerit; Daniel, tamen: non elevatum viderit, & cur Isaias & non Davidi thronus Dei elevatus & excelsum manifestatur? Ostendatur Dei thronus Isaias inter duo Seraphim stantiam imo ad superiora, ac sublimiora evolutione, Deique laudes proclamantia. Ubi autem Deus inter caelestes mentes ad altiora ascendentes, ejusque magnalia de antecessoribus ostenditur,

262. Sancti dicuntur templum Dei. 1. Cor. 3. 1. Cor. 6. D. Chry. 263. Psalm. 63. Deus exaltatur & glorificatur in sanctis suis. 264. Itai. 6. Daniel. 7.

Glossa. dicitur non potest non ostendi altior, & elevatior; sic ait Glossa ibi. Qui vidit Dominum regnarem in caelestibus, vidit cum super solium excelsum, & elevatum. Quippe in mente caelestia solum cogitantur, ac cupienti, mirum in modum Deus exaltatus & elevatus apparet.

QUESTIO XXXIV.

Quid per arcam testamenti visam in templo denotatur?

Primo Franciscus Mendoga vir eruditissimus tom. 2. in lib. 1. Reg. cap. 5. numero 1. Annotat. 15 sect. 2. num. 6. Per arcam intelligit ipsam arcam fœderis, seu antiqui testamenti, quae abscondita fuit a Jeremia Propheta ut ipse late probat ibidem sect. 1. & patet ex Jerem. 3. num. 16 & ex 2. Machab. 2. num. 7. quae restantur Abuens. 2. Paralip. 35. q. 27. D. Anselm. in Elucidario p. 15 medium absconditam fuisse a Jeremia in terra Moab sepulchro Moysis, & merito quidem, nam in arca erant tabulae legis & mortuo, ac sepulto legislatore moritur, & sepelitur.

Dicitur ergo quod in die iudicii apparitura sit arca, sicut apud graves Auctores apparetur, ut Deus utriusque testamenti se ostendat auctorem. Et etiam ut arca fœderis ostensa, quodammodo accuset apud supremum Iudicem fœderis infractos, sicque eos terreat, & commendet fœderis observatores, & ita eos consolatur, ac tandem omnibus testetur, Deum sicut ex se nunquam ab inito fœdere resiliit ita eos, qui resisterunt, meritis supplicii punitorum, coram iustis vero magnis premiis eos, qui fœdes suam semper inviolatam custodierunt: Haec bene se habent, quod sensus morales, non tamen secundum litteram. Nam hic arca omnino metaphorice, & allegorice accipienda est, ut ostendunt reliqua partes metaphorae ac allegoriae: ex qua magna parte Joannes hoc textum caput.

Secundo alii inter quos est Gagnaus per arcam intelligunt sacram Scripturam, & cum visa est arca testamenti, cum sacra mysteria Scripturae restantur, facta sunt fulgura, voces & tonitrua, sed quid fulgura & tonitrua cum sacra pagina. Nonne fulgur illuminat? Nonne tonitrua perterrefaciunt: recte ergo dum arca Dei visitur dumque panditur arca divina sacramentorum si libellus illustrantur, ac caelestibus vocibus ad superna vocantur, increduli autem exterrantur, ac grandine magna omnium tormentorum premuntur. Hæc aliena sunt a sensu genuino, nam hic agit de gloria beatorum eorumque numero completo, non autem de Scriptura sacra.

Tertio, Cornelius tenet arcam significare corpus Christi non tantum naturale, sed & mysticum puta Ecclesiam, sive congregationem sanctorum qui in corpore, & anima sunt beati, & cum Christo in sancta sanctorum, id est in caelo regnant. Arca tamen non significat sanctos qui per templum denotantur, ut dixi superiori quaestione.

Vere & genuina sententia est, quod arca testi in presenti significat Christum D. sive in Apoc. lxxviii. Tom. I.

ejus humanitatem sanctissimam ita noster D. Cyril Alex. l. 4. in Joan cap. 20 Richard. Vici. Rupert & alii Et merito humanitas Christi per arcam testamenti denotatur; nam arca testamenti facta est de lignis setim, hoc est cedrinis; juxta communem sententiam, quae impudibilia erant; ecce cur optime humanitas Redemptoris arca fœderis adumbratur, cum illa, nullone vestigio corruptionis peccati obnoxia, nec subijci potuerit Secundo intrinsecus arca erat obducta auro, sic Christus plenus charitate. Tertio Arca habebat super se propitiatorium, sic Christus secum afferebat propitiationem, & redemptionem. Quarto super arcam erant duo Cherubim se invicem respicientes, sic duo testamenti unum Christum respiciunt. Quinto in arca erant tabulae legis, sic Christus in medio cordis sui habuit legem, & voluntatem Patris, & alia multa combinationes hujus rei facile considerari possunt.

Disposuit ergo alta Dei sapientia delinearo in templo, & ilius arca allegorice totam beatissimum fabricam, una cum suo principe, ac capite Christo Jesu, ut eam sic ostendat absolutam, & consummatam ait ergo Visa est arca testamenti fabrica cum suis principibus. Nam in Christo sancivit Deus suum testamentum æternum. Deoque Christus vera est arca testamenti, quo facti sumus haereses haereses quidem Dei cohaereses autem Christi. Hæc omnia representata sunt Joanni per visionem imaginariam, nam in caelo nec proprie ut templum, nec arca testamenti, nec caelum proprie aperitur. Hæc secundum litteram dixi.

Optime & notabiliter D. Bernard hic & M. Suar q. 37. art. 4. disp. 11 sect. 2. dicit per hanc arcam testamenti sanctissimam Virg. Mariam intelligi. Nam arca dicitur ab arcano. Maria est magnum arcanum, secretumque Dei, unde de ea per Isai. c. 4. Secretum meum mihi Quia ipse solus novit secreta, & profunda magnalium ejus. Et quia hanc arcam claudit ille, & nemo aperit, quaedam in arca recluduntur, ut ferventur, & celentur, & Christus in hac arca celatur, & custoditur & absconditus est Diabolo, ac principibus hujus sæculi, quia si eum cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent. 1. Cor. 2.

Richardus de Sanct. Laurentio lib. 10. de Laudibus Mariae, Maria arca fœderis, quia fœderavit nos toti Trinitati, & per eam Dei fœdus ad nos firmatum est. Quod ipse late explicat. Sicque in litanis lauretanas arca fœderis appellatur. Fuit enim ex lignis setim impudibilibus ob virginitatem: intus portavit non testamenti tabulas, sed testamenti haerem: fuitque intus & foris tecta auro, non terrestri, sed caelesti: habuit melius, quam illa arca intus non tantum legem sed Evangelium ex eaque prodidit non ut ex arca Dei vox, sed Dei Verbum in remedium reconciliationis, ac sanctificationis totius generis humani.

Clamat sponsa ad suum dilectum Ecce iste venit alius in montibus transiens colles. Cant. 2. num. 8. Tamen cum hoc bene auditet David clamat Psalm. 101. num. 8. Surge Domine in requiem tuam et arca sanctificationis tuae Si ipse jam dicitur venisse, & sa tasse in montibus, cur adhuc David instat ut surgat; Per montes, & colles, per quos saliens venisse dicitur, intelliguntur Sancti Patres, ut docent. D. Ambr. Origene. E e e genes

270. Ostenditur consummata fabrica cum suo principibus.

271. D. Bern. Suar.

Isai. 14. Maria virgo arca testamenti. Maria magnum Dei secretum.

272. Richard. de S. Laurent.

273. Cant. 2.

Psalm. 131.

D. Ambr. Origene.

Helych.  
 in Mariam  
 nobis com-  
 municantur  
 salus & vita

gentes, & alii. Per a cam verò denotatur sanctissima Virgo Maria. S. Helychius homil. 2. de Maria Deipara Surge in requiem tuam tu, & arca sanctificationis tua, qua est haud dubie, Virgo Dei para. Veniebat ad nos deus in salutem vitam & sanctificationem nostram, inde David clamat, ut ipse exurgat cum Maria arca sanctificationis nostrae, quia in ipsa reconditur tota nostra vita & salus, disposuit enim Deus, ut in nobis non esset salus & vita, nisi per manus Mariae ut ait D. Anselm. lib. de excellentiis Beatissimae Virginis. & D. Bernard. serm. 4. in vigilia Nativit. Datum est Maria, ait, ut per illam acciperes quicquid haberes, &c. quia nihil Deus nos habere voluit, quod per Mariae manus non transiret.

274.  
 Matth. 1.]

D Matth. cap. 1. n. 1. narrationem genealogiae Christi aggrediens ab Abraham incipit dicens: Abraham genuit Isaac, & tandem in Maria finivit, dicens: Jacob autem genuit Joseph virum Mariae, de qua natus est Iesus. Et cur finiturus in Maria non magis à Deo incipit, qui produxit Adam, Adam autem Seth, &c. Vel cur non magis incipit à Seth; à quo denominati sunt Dei filii: cur magis decrevit incipere ab Abra-

Per Mariam  
 omnia nobis  
 salutaria.

ham Ex alto afflatu inde incipit ab Abraham, ut aperte ostenderetur nostra salus, & felicitas per Mariam futuram: Sic enim ab Aegypto egressus Israel per quadraginta duas mansiones pervenit ad Jordanem, unde Promissionis terram occupavit. Sic Iesus per quadraginta, & duas generationes pervenit ad Mariam, à qua in omnia bona nos introducimur. D. Hieron. Epistol. ad Fabiolam, in principio Per has generationes, ait, currit verus Hebraeus qui de terra festinat ad caelum transire, & Aegypto saeculi derelicta, terram repromissionis ingreditur. Nec mirandum, si in illo numeri sacramento perveniamus ad regna caelorum, sub qua Dominus, atque Salvator à primo Patriarcha pervenit ad virginem quasi ad Jordanem, qua pleno gurgite fluens Spiritus sancti gratias redundabat. Et quidem ubi sistitur in Maria, non tot fluctibus exundat Jordanis ut in lae gratiis, & favoribus exundat, quae nos in salutem producant, sic & hic primus terminus sistit & terminatur, in Maria Virgine, sub cuius auspiciis est inchoatus, cuius unigenito Iesu Christo filio dante, & ipsa patrocinate ad secundum tomum properamus, quo & totum apocalypseos opus absolvetur.

FINIS.

Laus

Omnipotenti Deo, eiusque Sacratissimae  
 Matri Virgini Mariae,  
 Sanctis nostris Virginitibus, ac Doctrinibus Theresiae;  
 & Magdalene de Pazzi.

